









tingenter existat. Ad ultimum patet, quid dicendum ex num. 78. nam actualis essentia ad interitum existentia quoque deservit, & solum remanere dicitur quantum ad esse possibile, & obiectivum, quod abstrahit ab hic, & nunc, id est, ab existentia, & quacumque temporis differentia. Dices, essentia eorum dicitur aeterna, necessaria, & incorruptibiles. Resp. ex dictis num. 57. & 58. tales dicit non secundum esse actuale, quod contingenter habent, a causa efficienti, sed secundum esse possibile, & obiectivum, quod ex seipsis formaliter habent, & principiativè ab intellectu divino, secundum quod esse fundant propositiones aeternae veritatis, ut si fuisse explicationem, quam quidem aeternitatem, & necessitatem ait Tromb. cit. 5. Metaph. qu. 6. in fine esse negativam, non positivam, quia aeternitas positivè est conditio existentis, & illius, quod habet coexistentiam ad quamlibet temporis differentiam ex se formaliter, essentia verò dicitur aeterna tantum, quatenus abstrahit à quacumque temporis differentia, quod est esse aeternum negativè dumtaxat, sic etiam necessarium positivè dicitur illud, quod de se habet existentiam indefectibilem, quod non competit essentia, & quidditati creatae, sed tantum negativè dicitur necessaria, quia non est possibile aliter se habere in sua ratione formalis; denique essentia dicitur ingenerabilis, & incorruptibilis, quatenus proximè, ac in esse exercito non generatur, & corrumpitur, nisi conjuncta cum existentia, ut declarat Doctor loc. cit. 3. d. 22. qu. un. G. de quo vide eundem Doctorem 1. d. 3. qu. 4. §. ad questionem.

91. Secundo, duratio, & existentia sunt idem, durare siquidem aliud non est, quam rem existere, at duratio est accidens vel de predicamento quantitatis, vel quando, ergo existentia est accidens. Conf. quia existentia substantiè non est substantia, nam à sufficienti ejus divisione vel esset materia, vel forma, vel compositum, & neutrum est dicendum, quia compositum est essentia tota, materia verò, & forma partes essentielles ejus, ergo erit accidens. Resp. ex dictis num. 59. vel durationem, & existentiam non esse omnino idem, quia durare est rem manere, & perseverare in esse, unde praesupponit rem existere, ac coexistere ad differentias temporis reales, seu imaginarij, vel si sunt idem, sicut existentia identificatur cum re existentia, ita & duratio cum durare, atque ita in substantia duratio erit substantia, aut substantialis, & in accidentibus accidens, neque spectabit ad predicamentum quando, nisi ratione coexistentiae ad differentias temporis, ut disputat. 14. Physic. declaratum est. Ad Conf. dicendum existentiam substantiè esse triplicem illam substantiam identicè, & realiter, quatenus existentia uterqueque illarum est modus substantialis intrinsecus, & realiter identificans.

92. Tertiò, probat Suarez disp. 31. citat. sed. 7. num. 2. existentiam nec etiam reduci in predicamento collocari, quando aliquid reducitur ad predicamentum aliud, tanquam actus constitutus, saltem necesse est, ut ipsum constitutum directe collocetur in tali predicamento, sed res existens, ut existens non collocatur in aliquo predicamento, quia series predicamentalis abstrahit ab actuali existentia, nam in predicamento solum collocantur res secundum ea predicata, quae necessariò, seu essentialiter eis conveniunt, ergo existentia nec reductivè potest ad predicamentum pertinere. Resp. cum dicimus existentiam reductivè pertinere ad predicamentum, id quod directe collocatur essentia, cuius est existentia, non hoc asserimus, quia res existens, ut sic, sic aliquid ens praedicatum, ut eorum diximus ex Doctore 2. d. qu. 3. antequam ulla concipiatur existentia, tota coordinatio praedicamentalis esse completa, quia talis coordinatio utique ex solis gradibus quidditativè esse constituta, qualis non est existentia, sed in tantum id asserimus, inquantum ea, ex quibus praedicamentum constituitur, existere debent, vel saltem existere possunt, quia ex impossibilitatibus, & repugnantibus constitui non potest, unde cum dicitur, rem existentem, ut sic, in predicamento non reponi, id verum esse accipiendum lyas reductivè, quia sub ratione existentiae res ad predicamentum non pertinet, ut non obstat, quod minus sint praedicamento sumendo lyas specificativè, sic enim sensus est, rem, quae existit, vel saltem existere potest, in predicamento collocari, quod sufficit, ut existentia quomodo dicitur ad predicamentum pertinere saltem reductivè.

Quarto, tandem probat Pasqualig. disp. 82. sect. 1. num. 6. existentiam non esse modum essentiae, quia nequit esse modus extrinsecus, quia hic supponit rem existentem, neque intrinsecus, quia hic est de essentia rei, quem modificat, sed existentia non intra conceptum essentiae. Resp. esse modum intrinsecum, & saltem esse hunc intrinsecum conceptum rei, ut diximus disp. 2. a. num. 151. explicando ejus definitionem.

ARTICULUS II.

Essentia non distinguitur realiter ab actuali essentia, sed est eadem entis actualis essentia.

93. Conclusio hujus articuli est Scoti, & Scotistarum loc. citat. num. 77. est communis apud omnes tam veteres, quam Recentiores extra Scholam D. Thomae, per quam intendimus excludere omnem distinctionem realem inter existentiam, & actualem essentiam, non solum illam, quam vocant realem entitativam, quia est inter rem, & rem, seu inter duas entitates, sed illam quoque quam Recentiores vocant realem modalem, quae poni

solet inter rem, & modum ejus extrinsecum, quatenus licet modus esse nequeat sine re, cuius est modus, res tamen esse potest sine illo, quia quidè distinctio in nostra Schola coincidit omnino cum distinctione reali proprie dicta, ut fecerunt à distinctione rationis, & formalis extra naturam rei, quam omnem profus separabilitatem excludit ab extremis ita distinctis tam mutuum, quam non mutuum; probatur autem hoc conclusio variis argumentis, & quidem modo videri demonstrantibus, quae post prosequar, quia res est magni momenti, cum agatur contra fundamentum maxime partis doctrinae S. Thomae, & quoddam universale principium in ea, ut exaltat Soncin. 4. Metaph. qu. 12.

Primo, probatur argumento deducto ex ipsa ratione existentiae, assignata ab initio hujus quaestionis num. 71. illud, quod ponitur res extra nihil, & extra suas causas est existentia, ut constat ex ibi dictis, sed res ponitur per suam actualem essentiam extra nihil, & extra suas causas, ergo essentia actualis cujuslibet rei est realiter existentia ipsius, & consequenter existentiam non erit quid realiter distinctum ab absentia in Thomista, nec ut res aere, nec ut modalis entitas in sensu, quo Thomista contendunt; breve quidem argumentum, sed omnino convincens, quod quidem fuit argumentum Tromb. 5. Met. qu. 6. art. 1. licet sub aliis terminis, dum ex quarto medio sic arguebat, esse, & essentia habent eandem contradictionem (ubi per esse intelligi existere, nihil enim privative esse, quod non privet essentiam, nec est aliud nihil, quod privet essentiam à nihilo privante esse, quare, & affirmatio erit eadem, ergo idem esse, & essentia).

94. Respondet Manca 1. Physic. qu. 5. dub. ro. ex Cajet. c. 5. de ente, & essentia in responsione ad hoc argumentum Tromb. quod sicut ens accipitur pro actu essentiae, & existentia, ita nihil pro nihilo quidditativè, & opponitur actui essentiae, & pro nihilo existentia, & opponitur actui existentiae, & sic in proposito ait, quod per actum essentiae res extrahitur à primo nihilo, & per actum existentiae à secundo, & idè fallum est, quod per suam actualem essentiam precisè seculsa existentiam res ponatur totaliter extra nihil, nam solum ponitur partialiter extra nihil, scilicet, extra nihil essentiae ex doctrina Cajetani adducta. Contra, quia haec distinctio destruit definitionem illam existentiae passim ab omnibus receptam, quod sic id, quod ponitur res extra nihil, probatur sequela, quia tota haec definitio est integro ita convenire essentiae actuali, sicut existentiae, quia per utramque res aliquo pacto extrahitur à nihilo; ut ergo laetetur illa definitio ita intelligi debet, ut per existentiam res ponatur extra nihil totaliter, quod quidem non sit duplex, sed unum, & una nimirum negatio totius entitatis effectus, quae sibi communicatur, à dum ab agente producit, ut Tromb. dicebat. Deinde cum res intelligitur posita extra nihil essentiae per suam actualem essentiam, aut est aliquid in rerum natura, aut omnino nihil, ut aliquid medium inter nihil, & aliquid, non secundum, ut ipsi concedunt, non tertium, quia inter nihil, & aliquid non datur medium, cum sint contradictoria, ergo primum, sed eo ipso, quod intelligitur aliquid productum à causa efficiente intelligitur existens, quia existentia est terminus actionis causae efficientis, ut diximus num. 73. ergo, &c.

Dices, quod res intelligitur posita extra nihil essentiae esse utique aliquid actu in rerum natura non actualitate existentiae, sed sola actualitate essentiae, & idè ulterius desiderari existentiam, ut non solum dicitur esse actu actualitate essentiae, sed etiam existentiam. Contra haec est mera negatio, & petitio principij, hoc enim est, quod queritur, quid addat esse actuale existentia ultra esse actualitatis essentiam, nos enim dicimus nihil aliud superaddere, & quod eo ipso, quod res est extra nihil essentiae, est etiam extra nihil existentiae, & quod esse actuale existentiae aliud non est, quam esse actuale in statu pure possibilitatis, cum ipsamet existentia sit adus potentiae obiectivae oppositae, & quod ut appellas esse actuale essentiae, nos appellamus ipsamet existentiam, quia tunc res formaliter concipitur existere, cum intelligitur posita extra causas, & educta de nihilo, & sic semper urgebitis, quousque assignes, & declares, quid addat actualitas existentiae supra actualitatem essentiae extra causas postas, quid aliud praestet, & ad quid aliud deserviat. Si enim solum dicas ludendo, & vim faciendum in solis verbis, deservire, ut res dicatur esse actu actualitate existentiae, non solus essentiae, poterit quis teipsum illudere dicendo praeter entitatem essentiae, & existentiae (ut bene dicitur Aversa) dari aliam entitatem, quae dicatur consistentia, vel persistentia, aut alio modo, quod si interrogetur quid praestet, & ad quid requiratur, respondet esse necessarium esse, ut res persistat, vel consistat, nec poterit ab hac pertinacia removeri, nec aliter impugnarit, nisi eo profus modo, quo nunc à nobis impugnatur existentia ab essentia distincta. Conf. quia entitas rei eo ipso, quod intelligitur posita extra illud nihil, quod tunc dicitur essentia omnia munera, & attributa conveniunt, quae solent existentiae attribui; ergo illa entitas sic posita extra nihil, erit ipsamet existentia, & sic dicenda erit esse etiam extra nihil existentiae. Probatur assumptum, nam per hanc entitatem res terminat actionem agentis, ponitur actu extra causas, & contingenter in rerum natura, & potest exercere operationes sibi competentes, haec autem sunt munera, & attributa, quae solent adneri existentiae, vel rei existentis, ergo, &c. quod adhuc fulens, ac evidenter probat Suarez disp. 31. sect. 8. nu. 5.

95. P. Blasius à Conceptione in supplemento Met. Compl. disp. 6. q. 1. §. 2. videns praefatam responsionem solis ludere verbis, respondet, quod existentia non est id, per quod quocumque modo ponitur res extra nihil, sed id quo tanquam ultimo termino, ultimoque complemento ponitur res extra nihil completè, & perfectè in ordine entis, unde licet res ponatur extra nihil secundum gradus essentielles per actualitatem essentiae, quia tamen non ponitur res per extra nihil secundum illos gradus, tanquam per ultimum terminum, ultimisque complementum, sed tanquam per aliquod terminabile ab ultimo termino, ultimisque complemento in ordine entis; idè fit, quod essentia actualis non petit ultra ratione realiter cum existentia identificari, sed è conversò exigit potius ab ea realiter distingui, tanquam terminabile à suo termino, & tanquam potentia à suo adu. Sed & haec quoque solutio vel in solis verbis consistit, vel cerè argumentum non solvit, eam enim ait ultra actualem rei essentiam, quae ponitur res extra nihil essentiae, esse necessariam existentiam, tanquam ultimum terminum, ultimisque complementum quo ponatur res extra nihil completè, & perfectè in ordine entis; vel ita intelligit, ut existentia sit purus terminus essentiae actualis extra causas postas, sicut substantia dicitur esse purus terminus naturae substantialis, & indivisibilia in quantitate continens finem puri termini, sine quibus naturaliter fieri nequit, ut natura substantialis, vel quantitas existat in rerum natura; vel ita intelligit, ut res per actualem essentiam dicatur existere, per extra causas, esse incompletè solum, & inchoatè, & per supervenientem existentiam dicatur posse existere extra causas completè, & perfectè. Et quocumque modo intelligatur, incurrit omnes difficultates praecedentis responsionis, & majores; nam si primo modo intelligatur, iam formalitas existentiae non amplius consistit in actualitate essendi, & in eo, quod sit id, per quod res ponitur extra causas, ut ejus definitio significat, sed in hoc, quod sit terminus, & complementum talis actualitatis essendi, quod cum nec à longè in definitione existentiae assignata insinuetur, illa definitio communi calculo recepta non erit bona. Tum quia entitates, quae ita sunt puri termini rerum supponunt illas iam existentes, substantiam namque supponit existentiam naturae substantialis, similiter indivisibilia supponunt existentiam partium continui, si ergo existentia solum terminus terminaret circa essentiam rerum actualem, non amplius erit id, quousque formaliter existit, sed essentia actualis seipsa formaliter existens. Tum quia si iam essentia actualis seipsa formaliter existit, supervacanea erit alia entitas existentiae, quae sit ejus complementum, nam sufficienter compleri dicitur substantia realiter per substantiam, & accidentaliter per praesentiam, durationem, ceteraque accidentia. Et rursum quis dicere poterit existentiam non esse ultimam entitatem, quae dicatur consistentia, vel persistentia.

96. Si vero secundo modo intelligatur, ut Manca citat, explicare videretur, cum ait, essentiam actualem consideratam, ut terminat actionem agentis, & priusquam existentiam in se recipiat, non perfectè existere, sed esse in via ad existendum, neque esse perfectè extra causas quae licet sit extra causam efficientem, adhuc tamen non terminavit causalitatem existentiae, per quam ultimatè completur, & formaliter extrahitur extra nihil existentiae, unde tunc tantum intelligitur esse extra omnes causas, & consequenter perfectè, & completè existere, cum existentiam in se recipit, quo etiam sensu non videtur essentiam actualem appellare quid medium inter aliquid, & nihil. Contra hoc recurrunt rursus priorè difficultates, & adhuc ulterius arguitur, quod existentia illa actualis posita extra nihil, ut ait, essentiae, est ens reale, veligitur est ens reale nominaliter tantum, & hoc non, quia tale dicitur, quod solum est in statu possibilitatis citra omnem actualitatem, vel est etiam ens veritatis, & sic erit existens. Tum quia actualis essentia intuitivè videtur à Deo producta in rerum natura hic, & nunc, ergo est existens. Consequenter patet, quia visio intuitiva terminatur ad rem existentem, & res existit, cum ab hic, & nunc non abstrahit. Demum tunc est extra potentiam logicam, quia non est sub sola non repugnantia, est extra potentiam obiectivam, quia non est amplius in sola potentia activa gentis, ergo est perfectè, & completè extra causas, dicere autem, quod non intelligitur adhuc terminatè causalitatem existentiae, per quam extrahitur penitus extra nihil, est manifestè petitio principij, hoc enim est, quod impugnatur, talem causalitatem minime esse necessarium, ut essentia actualis dicatur perfectè, & completè existere, sed seipsa formaliter, & completè existere eo ipso quod posita est extra causas cum suis praedicamentis quidditativis.

97. Respondet alii ex Capreolo 1. d. 8. q. 1. r. 1. essentiam esse entem, quod actu existit, prout ly nihil opponitur illi entem, quod actu existit, nihilominus adhuc cum hoc tunc, quod essentiam seipsa sit extra nihil, prout nihil opponitur entem, quod essentiam aliquid praedicat. Hae distinctio in potentia obiectiva, sicut adu, ergo existit, & in potentia, ergo nullo pacto est extra nihil. Tum quia quod est extra causas in actu secundum suam essentiam, eo ipso existit esse extra illas etiam secundum suam existentiam, non enim aliud est rem existere, quam esse in actu, non ita sicut in potentia, ut habetur 9. Metaph. 11. Tum tandem quia, ut saepe inculcavimus, frustra ponitur alia actualitas existentiae, si semel essentia potest esse in actu extra causas abque illa actualitate existentiae, quia ipsamet actualitas essentiae erit formaliter existentia, illud namque est formaliter existentia, quo

formaliter res est in actu opposito potentiae obiectivae, cum ipsa existentia sit adus tali potentiae oppositus; si ergo actualitas essentiae facit rem in actu, non sicut in potentia, ut loquitur Aristot. citat. & in actu opposito potentiae obiectivae, sanè illa actualitas essentiae erit formalissimè ipsa existentia, & hoc argumentum est adeò evidens, ut nullo modo dissimulari queat; verba autem Aristot. loc. citat. 9. Metaph. text. 11. sunt ista, *est autem actus existere rem non ita sicut dicimus in potentia*; hinc quoque dicebat Doct. quod 9. L. per esse intelligi illud, quod primò formaliter aliter recedit à non esse, primò autem recedit à non esse per illud, per quod est extra intellectum, & potentiam suae causae, hoc autem modo essentia non est extra nihil per existentiam, sed per propriam actualitatem.

98. Secundo, principaliter, essentia actualis, ut est res distincta ab existentia, vel est quid pendens, & producta à Deo, vel non; si pendens, & producta, ergo existens, quia formaliter existere tantum importat rem esse constitutam extra causas, quia ad nihil aliud ponitur existentia, nisi ut per ipsam formaliter res sit extra causas suas; si independens, ergo datur entitas actualis in rerum natura independens Deo. Respondet Manca loco citato existentiam actualem ante adventum existentiae inaequaturè solum, ac vel inchoativè dici existentiam agentis, compleri verò in ratione effectus, & dependentiae, ac in hoc esse, per receptionem existentiae, quam recipit ab agente, quia per ipsam totaliter deducitur extra nihil. Contra, quia essentia, prout constituta ab existentia; ex concessis ponitur per adionem efficienter extra causas, & formaliter per suam entitatem, ergo adequatè, & completè eo ipso intelligitur esse, & existere, & non inchoativè tantum. Prob. consequi quia per adionem agentis terminatam ad seipsum ut ab existentia conditio, tota ejus entitas extrahitur à nihilo, nil enim aliud remanet extrahendum, ergo perfectè, & adequatè dependet in suo esse à causa efficiente. Dices esse totaliter extra causam à nihilo in genere causae efficientis, sed nondum in genere causae formalis, quia in tali genere solum extrahitur per existentiam in se receptam. Contra, ergo jam perfectè, & adequatè dependet in suo esse ab efficiente etiam ante adventum existentiae, & non inchoativè solum, ut dicebatur; sed pro ulterius tunc etiam intelligi extractam à nihilo in genere causae formalis, tunc enim per suam formalem entitatem terminat productionem, & extrahitur ab esse possibili ad actuale, ergo etiam in genere causae formalis intelligitur extra nihil extracta per seipsum entitatem, nec indiget forma extrinseca, & realiter distincta, per quam ita denominetur.

99. R. respondet proinde Jo. de S. Thom. 4. 7. Physic. art. 4. non posse concipi essentiam, ut productam, nisi cum existentia, quia existentia est ratio formalis, quia dicitur res extra causas postas, & extra nihil, & sic si concipitur res aliqua, ut producta in facto esse, hoc ipso concipitur extra causas, atque adeo cum existentia, sed tamen tunc non concipitur sola essentia quidditativè, sed etiam cum aliquo accidentali, scilicet, cum illa existentia, seu productione passiva, quae de facto est extra causas, & hoc accidentaliter sibi convenit. Contra, quando sunt duae entitates ab invicem realiter distinctae, etiam ob aliorum earum similitudinem petant finem producti, adhuc tamen distinctis actionibus producentur, quia adiones distinguuntur per terminos, cum ergo essentia, & existentia sit res realiter distinctae, plane distinctis actionibus producentur, atque idè cogitari poterit essentia in se producta, & extra causas postas praecedendo ab existentia. Tum quia efficiat inflatur contra hanc solutionem exemplo humanitatis Christi, quam dicit Thomistae esse propria existentia delituit, & existere existentia Verbi, nam ex haec responsione sequitur non posse dici creatam, & dependentem à Deo, tanquam à causa efficiente, probatur sequela, quia existentia Verbi, per quam existit Christi humanitas, est increata, ac independens, ergo non potest esse ratio formalis, quia Christi humanitas dicitur extra causas postas, atque dependentem, ergo si humanitas Christi secundum suam essentiam non dependet, neque secundum existentiam, quam habet in Verbo, sequitur ex omnino independentem à Deo in genere causae efficientis.

Respondentaliqui, humanitatem Christi produci de novo, & dependere, quia unitur existentiae Verbi, seu quia producitur unio ejus cum Verbo. Contra ergo modus unionis erit ratio formalis, quia Christi humanitas dicitur extra causas postas, non autem ipsa existentia Verbi. Deinde ut bene notavit Ariag. idem argumentum fieri poterit de unione, quod urgebatur de Christi humanitate, nam quæro de productione illius unionis, num forma existentia ejus terminat productionem, vel terminet simul cum existentia, si se sola terminat, ergo concipi potest, immò de facto datur essentia unionis producta sine existentia, quod si hoc verum est in essentia unionis, idem quoque dicendum erit de aliiis, si vero terminat simul cum existentia, ergo quia ratione asserunt unionem hypostaticam habere in Verbo propriam existentiam, idipsum de ipsa humanitate Christi dici poterit, ac debet.

100. Tertiò, si essentia realiter distinguitur ab existentia, ergo non esset in se intrinsecè, & formaliter ens, & existens, neque secundum suum esse intrinsecè esset formaliter extra causas, unde illud compositum, quod Thomistae constituunt ex esse, & essentia, non haberet omnes suas partes intrinsecè existentes. Consequenter, quia non potest aliquid constitui intrinsecè, & formaliter in ratione entis per aliquid ab ipso realiter diversum, nam quicquid est, seipso realiter, & formaliter est quicquid est, aliàs seipso esset nihil, si alio à se distincto esset id quod est.



Respond. Manca cit. essentiam non constitui per existentiam in ratione entis realis actualis positivi, sed per suam realem quidditatem, & actualitatem, per existentiam vero constitui in ratione entis existentis, quando illam se recipit. Contra, si essentia per suam realem quidditatem, & actualitatem constituitur in ratione entis realis actualis positivi, ergo etiam in ratione existentis. Prob. conseq. quia apud Philosophos per ens aliud existens non intelligitur, quam ens reale aduale positivum, non enim quid plus praestare posset existentia superveniens essentiae, quam illam reddere ens reale aduale positivum, quod si habet ex seipsa formaliter, nulla alia indiget existentia distincta, sed ipsamet ejus actualitas erit formalissime ipsius existentia. Deinde quantumvis superveniat existentia, eamque in se essentia recipiat, atque subiectet, nunquam redditur intrinsece, & formaliter existens, ergo dicendum est seipsa esse talem per propriam actualitatem. Probatur assumptum, quia ex eo quod recipit existentiam, non ponitur, neque imbibitur intrinsece in ipsa essentia ratio existendi, quia semper se habet ut quid contradistinctum ab ea, unde intrinsece non existit, sed tantum denominative, sicut partes tantum denominative dicitur albus per albedinem. Confirm. quia vel intrinsece, & formaliter essentia est extra causas, & in actu opposita potentiae obiectivae; vel denominative tantum, & per aliud; si primum, ergo erit intrinsece, & formaliter existens per propriam actualitatem, quia ut saepe dictum est actualitas excludens potentiam obiectivam formalissime est ipsa existentia; si secundum, ergo intrinsece, & formaliter erit possibilis, & in potentia obiectivae, & quamvis ei ab extrinseco uniatur existentia, adhuc intrinsece ipsam relinquat in sua possibilitate, ut constat de forma, quae quantumvis materiae uniat, nihil illius esse immutat intrinsece, sed eam adhuc relinquit in sua potentialitate. Denique quando duntaxat entitates possibiles inter se diversae, non ex positione unius in rerum natura ponitur formaliter altera, nam sicut habent distinctas possibilitates, ita per diversas actualitates tolli debent possibilitates illae; si ergo essentia, & existentia sunt diversae entitates, ex actualitate unius tolli non potest possibilitas alterius, sed unaquaeque per peculiarem actualitatem oppositam tolli debet, ergo essentia realis excludit de potentia obiectiva sibi correspondentem per propriam actualitatem, non autem per actualitatem existentiae, quae ponitur ab ipsa realiter distincta. Quod etiam confirmari potest ex eo, quod ex Doctore retulimus quod. 9. litt. l. il. nihil censeri esse proprium alicuius, quo primo formaliter recedit a non esse, essentia autem realis primo recedit a non esse per propriam, ac intrinsecam actualitatem, non autem per quodam advenitum a seipsam realiter distinctum.

101. Quarto, probatur ulterius ad hominem ex numeribus, quae dicunt Adversarii ab essentia exerceri circa existentiam, ajunt enim quod existentia unius essentiae, & in essentia recipitur, ut actus in potentia subiectiva, atque ideo essentiam exercere veram causalitatem materialem existentiam, forma enim verae causatur a subiecto, in quo recipitur, & sustentatur, & modus a re, cuius est modus; sed existentia non potest esse essentiae unius, aut in ea recipi, ac sustentari, nec physice causari, nisi essentia supponeret existens saltem per aliquo naturae signo, nam quod unius alteri, supponit illud existens, alicuique unius alteri nihil, quod recipitur & sustentatur in alio, supponit illud existens, alicuique in nihil recipitur, & demum quod causatur ab alio, supponit illud existens, quia existentia est ratio, vel saltem conditio praerequisita ad exercitum physice causalitatis. Confr. quia lanè prorsus incapabile est, subiectum aduale formae ab eadem forma, quam recipit, & sustentat, existentiam accipere; & causam accipere existentiam ab effectu, quem producit, cum ergo essentia sit subiectum in se recipiens, & sustentans modum existentiae, & hic ab ea dimanet, & producat saltem in genere materialis causae, dici non debet essentia tali modo existentiam fumere, sed potius e contra; & haec est una ex praecipuis rationibus, qua conclusum est disp. 2. Phys. qu. 2. art. 1. contra Thomistas materiam non accipere existentiam suam a forma.

102. Respondet Jo. de S. Thoma ad recipiendum non praerquiri existentiam in recipiente, sed sufficere, quod in re nunquam invenitur sine existentia, & ita non inconvenient, quod reddatur existens per id, quod recipit, & instantiam adducit de relatione dependentiae a Deo, quae est aliquid receptum in creatura, cum distinguatur a parte rei a subiecto, saltem ut modus, & tamen subiectum ante illam dependentiam adualem a Deo nihil est, ergo bene potest recipere aliquid, sine quo subiectum ipsum non est aliquid reale. Ad illud de causalitate aut, quod cum illa prioritate sit tantum a quo, non in quo, non est necesse quod pro illa prioritate explicetur existentia causae. Contra, quia aliud est dicere non praerquiri existentiam in recipiente ad receptum aliud quod ab ipso recipiente existentiam recipiat, quamvis enim primum concederetur, quod, scilicet, simultanea amborum existentia conficeretur, ut unum in alio dicitur recipi; secundum tamen est prorsus incapabile, quod enim recipitur in alio quo recipi debet, quod sit existens independentem ab ipso. Et praetertim hoc verum est, si subiectum recipiens non est locus existens, sed etiam sustentans receptum, quod & ipse concedit qu. 3. Phys. art. 2. ubi ait, quod quando receptio non est pure potentialis, sed etiam sustentativa, supponit in causa materiali existentiam; sic autem est in proposito, quia modus existentiae non solum recipitur, sed etiam sustentatur in essentia, hoc enim commune est omnibus formis mate-

rialibus & subiecto educibilibus, neque instantia de relatione dependentiae creaturae ad Deum aliquid valet, quia cum talis ratio sit transcendentis, est idem cum creatura, & ideo non dicitur recepta in creatura, sed illi identificata. Parum etiam refert quod prioritas causalitatis sit a quo, vel in quo, nam concessio etiam quod sit sola prioritas a quo, & quod pro illa prioritate non oportet explicare existentiam causae, hinc tamen non inferitur, quin vere a parte rei pro illo quocumque existat, nam si effectus est coaevus causae efficienti, & tamen in nullo signo existit causa, in quo non existit effectus, & tamen in eo genere causa concedunt etiam ipsi Thomistae causam supponi existentem ad effectum; ac id ipsum concedit ille Auditor loc. cit. in causa materiali sustentante; ut ergo essentia causaret materialiter modum existentiae, ipsumque sustentaret, deberet supponi existens, in omni autem genere causae existentiam necessario supponi ad exercitum physice causalitatis hinc probatum est disp. 7. Phys. qu. 4. art. 1. etiam si pro illo priori naturae opus non sit explicare existentiam causae, quia existentia explicari solet per inlans temporis, non naturae, & per prioritatem in quo, non a quo, ex quo etiam rejicitur solutio Blasii Conceptione loc. cit. num. 8. quae cum illa coincidit.

103. Respondet proinde Manca cit. essentiam esse recipientem existentiam, prout habet actualitatem essentiae, & intelligitur in via ad existentiam, & sic pro illo priori intelligimus independentem essentiam ab existentia, sed solum extra nihil essentiae ab agente educam, cum in hoc differat causa efficiens a materiali, quod efficiens causat ut perfecta, & ordinata ad aliud perficiendum per aliquid de se distinctum, nempe per actionem, causa vero materialis, immo & formalis causae vel constituendo compositum, vel recipiendo existentiam, & sic sufficit illi insinilligere cum sua essentia partiali, & non requiritur existentia; quae est doctrina Complutensis 1. Phys. disp. qu. 5. quam postea recipit etiam Jo. de S. Thoma citat. in fine articuli, dum ait, quod essentia simpliciter existens non est nihil, quia nihil non est capax existentiae, nec susceptivum ejus, sed contradictorie illi oppositum, sed de se solum habet subiectivae, sed per modum capacitatis esse extra nihil, formaliter autem per existentiam, & in hoc sensu concedit esse quid medium inter nihil, & aliquid, licet enim inter ista absolute sumpta non sit dare medium, tamen inter aliquid, ut formaliter existens, & nihil illi oppositum datur aliud medium, scilicet, capacitas, & entitas subijcitur, se illi formalitatis existendi, quod etiam concedit Manca ibidem, & ejusdem verbis.

Sed haec Thomistica doctrina jam refutata est disp. 2. Phys. qu. 2. art. 1. & nunc deo rejicitur ex dictis, quia si essentia in illo priori, in quo intelligitur recipere, & causare modum existentiae, est extra causam efficientem secundum propriam actualitatem, & est extra nihil, jam apud nos erit existens, quia per esse existentiae aliud non intelligimus, quam esse essentiae extra causas positum; & parum refert dicere, quod de se solum sit extra nihil subiectivae, & per modum capacitatis, formaliter vero per existentiam supervenientem duntaxat; haec namque sunt pura verba, quibus nihil soliditatis subest, immo petio principii, eo enim ipso quod aliquid est extra nihil, & non amplius in potentia obiectiva dicimus esse formaliter existens, ut nos Aristot. docuit 9. Metaphysic. 11. alioque eo quod aliquid extrinsecum expectat, atque realiter distinctum, a quo dicitur formaliter existens. Tum quia potentia obiectiva connotans negationem existentiae rei denominat formaliter rem possibilem, & non existentem, ergo adus tali potentiae oppositus denominat rem formaliter existentem, sed essentia actualis eo ipso quod intelligitur esse extra potentiam obiectivam, habet adum tali potentiae oppositum contra adventum cujuscumque realiter distincti, ergo per talem adum, seu per propriam actualitatem suam extra nihil dicitur formaliter existens, nam adus potentiae obiectivae oppositus est qui denominat, & facit rem formaliter existentem.

104. Quinto, arguitur ex natura distinctionis realis, nam illa praetertim, quae est rei a re; postea extrema realia, & ambo existentia a parte rei, nam importat relationem realem, quae necessario debet esse inter duo extrema realia realiter existentia; & non distinguuntur a parte rei adu, nisi quae sunt actu a parte rei; & consequenter existunt; ergo essentia non distinguitur realiter ab existentia, quia ad hoc opus esse existentiam per se sumptam, & ut absente, quia ad hoc opus esse existentiam per se sumptam, & ut absente, existentia conditio actus existere actu, quod implicat, manifeste.

Resp. Manca, talem realem distinctionem ex parte essentiae fundari quidditate potentiae, & ex parte existentiae in actualitate, & quando dicitur, quod extrema debet esse realiter existentia, intelligitur vel pluribus vel una existentia, solum enim existentia requiritur ut conditio, & id quod est conditio in uno, & ratio formalis in alio; sic etiam respondet Bannes 1. p. q. 3. art. 4. dub. 2. ubi ait, quod ipsamet essentia aduatur est a parte rei, aduata tamen per existentiam a re realiter distinctam eo pacto, quod materia, & forma realiter distinguuntur, & inter illas est ratio realis. Contra, quae distinctio realem ex parte essentiae fundari in quidditate potentiae, vel intelligit de possibilitate obiectiva, vel subiectiva, & respectiva, secundum quam ponuntur illam a parte rei extra nihil, non primum, quia tunc illa non est distinctio realis actualis ex parte essentiae, nam quod est in potentia obiectiva nihil est de facto, nec distinctio realem actualiter fundare potest; tum quia ut diximus ab initio quaestiois, quae quiritur an essentia distinguatur ab existentia, sermo hic est de essentia actuali, quae actu est a parte rei, non de essentia possibilis secundum, ergo ut contra distinguuntur ab existentia est ens reale aduale.

le extra nihil, quod apud nos est esse existens. Confr. quia distinctio realis actualis, quam fundat essentia, habet propriam existentiam, ergo etiam essentia, in qua fundatur, alioquin fundatum esset majoris entitatis, quam fundamentum. Dices cum Bannes fundari in essentia, quatenus aduata ab existentia; quo sensu est existens. Contra, quia essentia, ut aduata per existentiam, non distinguitur ab existentia, alioquin distingueretur a seipsa existere, ergo relatio distinctio realis non fundatur in ea de aduata, sed fundatur in utroque extremo solum sumpto, & cum ut sit debet actu reperiri a parte rei utrumque distinctiois extremum, sequitur ambo existere debere. Deinde in opinione quamplurimum Thomistarum talis est ista distinctio realis inter essentiam, & existentiam, ut inferat separabilitatem inter ea, sic quod saltem essentia possit per divinam potentiam esse sine illo modo existentia, a quo ponitur realiter distincta; si ergo potest sic separata manere ex vi talis distinctiois, sicut est, quod habet intrinsecam existentiam, cuius opus potest se sola manere, sic enim manere non potest, si de se talem existentiam non habet. Dices, distinctionem realem ex parte essentiae fundari in reali dualitate suae quidditatis, quam habet, ut conditio habet ab existentia. Contra, quia talem actualitatem nos contendimus esse propriam, ac intrinsecam ejus existentiam, eique realiter identificatam.

105. Sexto adhuc ex eadem via distinctionis realis solent argumentari Scotistae nostri, quia si essentia, & existentia realiter distinguuntur, saltem per Dei potentiam poterunt ab invicem separari, & separata conservari, si ponatur distinguuntur ut res, & res, vel saltem essentia poterit conservari, sine existentia, si distinguuntur, ut res & modus; ita enim haec realem distinctionem, quam vocant modalem, explicare solent Scholae, ut quamvis modus nequeat a re, cuius est modus separari, res tamen potest separari a modo. Consequens autem est fallum, quia si existentia v. g. lapidis posset ab ejus essentia separari, tunc lapis existeret, & non esset lapis, quia non habere praedicta quidditativa lapidis, quae ejus essentiam constituit, vel sic contra essentia lapidis separata maneret ab ejus maneret in rerum natura extra causas, sicut aliae res a Deo productae, non existeret vero, quia supponitur de seitura esse, & ipsa tamen omni existentia. Consequentia prima, quod nempe ex reali distinctione essentiae, & existentiae sequitur talis separabilitas, probatur, quia quidam praetertim Thomistae fientur pro sufficienti, & adaequato signo, & fundamento realitatis distincti assignari solent inseparationem adualem, & potentialem, ita e contra pro adaequato signo realis distinctionis assignare tenentur separationem in esse adualem, vel potentialem, adeoque quae sunt realiter distinctae, sint actu ab invicem separata, vel saltem separari possint per divinam potentiam. Tum quia, ut arguit Scot. 2. d. 12. qu. 2. Respondet ad quaestiones, omne absolute ut prius absolute, & ab eo realiter distinctum potest saltem per divinam potentiam ab eo separari, & si aliquid ab eo intrinseco, hoc provenire nequit, nisi ex identitate realitatis posterioris cum ipso; ut constat de subiecto, & passione, quemadmodum ipsemet Doctor. monet 2. d. 2. qu. 2. §. Contra istud, quod igitur essentia realiter distincta a parte ipsa existentia, tamen si ponatur ab ipsa realiter distinguuntur, quod exemplum adducit Bannes, ratione enim talis dependentiae nec totum potest esse sine partibus, nec actus vitalis dependentis potest a potentia vitali apud Thomistas, est hoc intus ab invicem realiter distincta; fallum tamen est in proposito similem dependentiam intervenire essentiae ab existentia, quia omnis dependentia simpliciter, ut saepe inquit Doctor, est ad aliquid prius, nam prius dicitur esse posteriori, non e contra, ut constat in ipso exemplo actus vitalis a Bannes adducto, sed essentia est prior, existentia posterior, ergo quantum ad rationem essendi nequit essentia dependere simpliciter ab existentia, ab existentia quantum ad rationem essendi; non in genere causae efficientis, quia essentia realis communicat effectum ab agente, non ab existentia, non finalis, quia potius existentia est propter essentiam, quam e contra, non materialis, quia essentia ponitur a Thomistis subiectum existentiae, non e contra; non denique in gene-

re causae formalis, quia dici nequit existentiam formaliter, & intrinsece constituitur actualitatem essentiae, cum nihil intrinsece constituitur in propria, ac intrinseca actualitate per rem a se distinctam ex dictis n. 100.

107. Ex hoc igitur, quod essentiae actuali repugnat ab intrinseco sine existentia manere, & ab ea separari; deduci debet, talem impossibilitatem potius arguere realem identitatem essentiae cum existentia quam dependentiam illius ad ista; quod probatur per regulam, quam Doctor assignat 2. d. 1. quaest. 5. M. ubi ait, quod intrinseca impossibilitas separationis duorum ex triplici capite provenire potest, vel quia sunt simul natura, ut est de duobus relativis, vel quia unum est prius, a quo essentialiter dependet posterior, vel quia sunt simul natura, ut est de duobus rebus, quae sunt simul natura, quod illud, quod sit distinctum ab alio, possibile est illud aliud esse sine isto, cum ergo in actu nostro repugnet ab intrinseco essentiam realem ab existentia separari, & talis impossibilitas non proveniat ex eo, quod sint simul natura, quia essentia est prior naturaliter existentia, ut res est prior suo modo intrinseco, neque ex eo, quod essentia dependat in esse ab existentia; quia prius non dependet a posteriori in esse, rebus a sufficienti divisione, quod talis impossibilitas proveniat ex reali amborum identitate, ut nos dicimus. Instantiae vero, quae adducuntur, de S. Thoma ad labefandam Scotiam illam maximam, omne absolute prius alio absolute, & realiter ab eo distinctum potest esse sine eo, frivola sunt, nam instantia de relativis non officit maximae Scoticae, quae loquitur de absolutis, praeterquam quod etiam unius ex relativis permanere non possit in tali esse correlativo destructo, adhuc tamen separata existunt a Qualiter, quatenus non sunt necessario invicem conjuncta, & conjuncta, ut constat de Patre, & Filio, ac duobus similibus; instantia quoque de materia, & forma nulla est apud nos, docentes materiam posse a Deo expoliari omni forma, imò ad hoc probandum illa maxima inducitur a Scoto 2. d. 72. qu. 2. instantia tandem de toto, & partibus etiam dicitur, quia totum est posteriorius partibus, & maxima Scotica loquitur de absolute

108. Respondet proinde alii concedendo consequentiam, quod, scilicet essentia separari potest ab existentia; verum ad vitandum consequentiam absurditatem nempe contraditionem illam, quod simul existeret, & non existeret, dicunt posse quidem essentiam sine existentia hac vel illa determinate conservari, quod sufficit ad ostendendam realem eorum distinctionem, non tamen sine omni, quemadmodum dicimus corpus esse posse sine hac, vel illa praesentia locali, quantitate sine hac vel illa figura, non tamen sine omni, idque sufficit ad indicandam realem distinctionem figurae a quantitate, ubicationis a corpore, realem, inquam, modalem; licet enim res separaretur a modo, tamen aliqui modi sunt, a quibus res non potest omnino separari, quia necessarium habet connexionem cum aliquo, quamvis non cum isto, vel illo determinate, sicut constat in exemplis allatis, quam solutionem entium recipit Jo. de S. Thoma loc. cit. ubi alterius addit ex Cajet. c. 5. de ente, & essentia qu. 1. consumi posse existentiam creatam, & subrogari divinitam, ut de facto venisse dicunt de humanitate Christi, quae existit existentia Verbi ex D. Tho. 3. p. 9. 17. art. 2.

Verum neque haec solutio sufficiens est, si enim semel conceditur posse existentiam separari ab hac, vel illa existentia distributive, consequenter concedi debet posse etiam separari ab omni per potentiam saltem divinam, nec adeo necessaria erit causalium connexio, ut res sunt duplicis ordinis, quidam res sequuntur per naturalem dimensionem ab ipsis abque actione extrinsecae agentis, ut figura respectu quantitates, intentio, & remissio respectu qualitatis, alii vero non ita dimanant a rebus, sed eis conveniunt media agentis actione, ut unio respectu materiae, praesentia respectu corporis, substantia respectu substantiae, inherencia accidentis, & c. quamvis ergo res expoliari nequeat quocumque modo primi generis ob instantiam, ac necessariam rei connexionem cum illis, videtur tamen posse a Deo privari omnibus modis secundi generis, utpote, qui ab extrinseco illis conveniunt per actionem agentis, nec tamen connexionem habent cum re, sicut modo primi generis, quia ratio potest a Deo substantia omni existentia privari, accidens omni inherencia, & corpus omni praesentia, nisi probabiliter opinamur, cum igitur existentia respectu essentiae sit modus secundi generis, quia non immediate dimanant ab ipsa essentia per necessariam connexionem, sed ei communicatur ab agente in productione totius effectus, ut Auditor ille concedit ibidem, gratis negari videtur. Sed da rogetiam id fieri non posse, nisi distributive, sic arguuntur, vel essentia dum haec, & illam mutat, ac mutat eum sub illis existentibus, quas successively acquirunt, ut de materia dicitur, dum ab una transit ad aliam formam, vel non; sed nova continuo essentia generatur, si primum, tunc illud esse, quod semper perseverat in rerum natura, erit esse existentiae ipsius, si secundum, simul oriuntur, ac intereunt. Tum quia adhuc sic dicendo contradictoria sequuntur, quia Sortes v. g. mutando existentiam esset idem ens actuale, quod antea, & non esset; esset quidem, quia supponitur manere eadem numero actualis essentia in rerum natura, non esset